



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

12. Francofurtum indicta Electio Imperatoris. Quo Civitas. Et Princeps suos
ablegat. Capitulatio Cæsarea Monasteriensibus adversa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1658.

Et id oratione suâ effecit *Batzius*, ut statim Ordines è custodia dimiserint *Hesslingium* & suæ restituerint libertati.

Interregni ab excessu *Divi Ferdinandi Tertiij* Romanorum Imperatoris, annus nunc secundusolvebatur. Electores jam pridem invitati erant *Francofurum*, diesq; decima octava Julij indicta successori deligendo. Post Octoviros Pontificius, Gallia, & Hispaniæ Monarcharum, aliorumq; Regum ac Principum Legati isthuc numerosè confluxerant, Et cum eadem in Urbe Deputatio Imperij adhuc continuaretur, legemque componerent Electores (*Capitulationem* vocant) futuro Regi Romanorum, studia partium fervebant, ut eorum præsentis aucuparentur gratiam, quorum amicitia vel autoritas utilis sperabatur. *Monasterienses* è Senatu *Timmerscheidium* Consulem & *Keppelium* JurisConsultos eò mittunt, qui licet ab Austriacis benignius habiti sint, à *Moguntino* tamen Pontifice durius excepti, dimissique, re infectâ & modicâ spe, breviter domum revertuntur. Sed & suos jam dudum ablegaverat *Christophorus Bernardus*, huic imprimis curæ intentus, ut quod sæpè monuerat *Bavarus* & *Saxo* ceu *Vicarij*, & sollicitè semper curaverant *Rhenani Electores*, Civitatem suam ab instituto ad *Batavos* recursum arctius coërceret. Nec suo

12.

Francofurum
indicta
electio
Imperatoris.

Quò Civitas.

Et Princeps suos ablegat.

suo

1658.

Capitu-
lacio Cæ-
sarea
Mona-
steriensi-
bus ad-
versa.

fuo caruit spes & opera successu. Accessit
namque Cæsareæ Capitulationi nonus hic,
qui sequitur, articulus. Cumque in fa-
cto animadversum sit, quod exteri Ma-
gnates in negotiis Imperij ac signanter
controversis, qua inter status ac sub-
ditos versantur, sub prætenu fœderis
Hanseatici vel alio simili se immisce-
ant, invicem concurrant, & erecta
antiquitus uniones confirmant, appro-
bentq; : instrumentum autem pacis, so-
lis Electoribus, Principibus & Ordini-
bus Imperij Confœderationes permittat,
subditis vero neget; imò si qua forsitan
hujusmodi olim privilegia obtinuerint,
vel indulta, retractet, annullëtq;. Hinc
Nos non solum per litteras dehortato-
rias conatibus adeò periculosis obviabi-
mus, sed nec ullatenus permittemus, ut
contra Auream Bullam, Instrumentum
Pacis & Imperij Constitutiones, ulli
mediati subditi cum exteris Magnati-
bus aut Rebuspub. vel aliis, ipsis etiam
Imperij Ordinibus, eorūque subditi
fœdera, protectiones, aut garantias
paciscantur, & si quid contra atten-
tum foret, indilate abrogabimus, inquit
contraventores, præsertim eos, qui al-
terius suos Territorij Dominos ad ex-
teros Dominantes recurrunt, ipsorumq;
auxilia, indigenarum ac protectionem
realiter

realiter impetrant, recipiunt, utuntur, in iis constantes manent, nec illicitis hujusmodi attentatus post admonitionem renunciant, juxta legum Imperij rigorem animadvertemus, curabimusque, ut si necessitas ita exigat, ipsa facta & invasiones congruis pariter mediis avertantur.

Vix poterat quidquam expressius inferi, quo Monasterienses ceu subditi, à suo ad Concederatos Ordines Belgij refugio fortius retraherentur. Id tamen Cives non fugiebat, hinc tamen potentiam Batavorum, illinc clementiam domus Austriacæ in spem melioris erigebantur. Ut primum enim nuncius attulit Leopoldum Austriam, Hungariæ, Bohemiæque Regem, con-
 13. Leopoldus electum omnium suffragio, de-
 dudo quinto Kal. sextiles Francofurti legitur.
 ctum esse ac renunciatum, isto nomine Primum, Romanorum Imperatorem (nam incredibili celeritate Germaniam universam fama pervolavit) cives haud præstolati Principis jussa, aut communem Provinciæ totius plausum, vigesimam secundam Julij sub vesperam, referatis privatam auctoritate templorum foribus, ipsi
 Applausus Monasterienses
 campanas pulsant, & honorario spectabilem armatu, unam cum præliario milite, per valla, per compita, tormentis, bombardis, festivis ignibus lætitiæ signa dant:

Dd

sed